

78 N 14 [145]

Threni

Super beatissimo obitu

PER-ILLUSTRIS ET GENEROSISSIMÆ

ANNÆ GENOVE-

FÆ, Baronissæ de

Hohberg,

ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DN.

OTHONIS HENRICI

LIB. BAR. de FRIESEN,

Domini in Rötha, Geschvitz, Ruben,

&c. &c.

Potentissimi ELECT. SAXONIÆ

in sanctiori Curia SENATORIS, Cancellorum-

que PRÆSIDIS Excellentissimi,

Conjugis desideratissimæ,

Observantiæ atque doloris testandi causa

fusi

ab

ACADEMIA VVITTENBER-

GENSI.

VVITTEMBERGÆ, Literis SCHRÖDTERIANIS, Acad. Typ.
ANNO M DC XCVI.



Kapsel 78N 14 [145]

A K



Umina Parnasi lætos velate cu-
pressu

Vultus, ferales ore ciete modos.

Dulce decus vestrum morfu de-
cerpsit acerbo

Lethæus livor, præsidiumqve tulit.

Ipfus concussus mutescit Apollo dolore,

Fataqve *Dresdenses* præcipitata gemunt.

FRISIA mortales aspectus corpore liqvit,

Atqve gravi luctu confidet ampla domus.

Horrescit fidus legum Servator & æqvi,

Ac lacrymas udas devorat ipse dolor.

Lumine percipitur foedatum sangvine pectus,

Halitus exspirat, viscera curva fremunt.

Lilia luxuriant campis & caltha capillos

Explicat, atqve rubet murice picta rosa.

Hauſto sed succo langvescit gloria florum,

Suavis odor migrat, pulchraqve forma perit.

FR I-

FRISIA gens vasto multum cantatur in Orbe,
Splendida quam celebrant carmina nulla fatis.
Ad numeros ludant amplissima verba *Ma-*
ronis,

Ac docte fandi copia larga fluat.

Socratis hic valeat fato prudentia major,
Atque *Stagiræum Cecropis* ora sonent;
In Nostris semper summum spectare licebit,
Qui decorant pura munera celsa fide.

Ordo foemineus sexum virtute laceffit,
Ac habet ingenuis ora pudica notis.

Innatam formam stupuit Latonia divæ,
Ac autor lucis cesserat orbe lubens.

Virtutes subeunt divisas ordine sedes,
Ora sed hic omnes exeruere sua.

Matrona in coelum vita satiata redisset,
Ultima cum terris fulserit illa dies :

Atropos astitit meritæ rescindit stamina vitæ,
Ac urfit Lachesis, Clothoqve busta tulit.

Gloria nil valuit, pietas ac nobile stemma,
Et fati Medicis clauserat ira viam.

Haud veluti semper vada sulcat tuta carina,
Frangitur astitit scopulis sæpius iccta cavis.

Sole

Sole nec æterno collucent ætheris arces,
Sed nimbos glomerant atqve vapore tu-
ment.

Sic poterit nullus vitæ spem pascere certam,
Quæ refugos fluvios exsuperare solet.

Cur quisqvam miseras extendat quæso lacertas?
Effundat fletus terra, sed æther ovet.

Ægra diu recubat mens sub velamine terræ,
Cum fuerit quondam semine creta Dei.

Formidat sceleris vestigia, telaqve vitat,
Obducit fuco quæ Puer Idalius.

Hinc guttas moestas siccabit MAXIMUS HEROS
Atqve novi plausus plurima signa dabit.

Nil etenim terris debet sanctissima Conjux,
Sed quondam reddet basia mille Viro.

Ferte pedes Musæ, largum date Ve-
ris honorem

Ac calathos plenos exonerate
rosis.

Spargite Narcissum, violis invol-
vite corpus,

Matronæ ac laudes multiplycate
probæ.



78 N 14 [145]

Threni

Super beatissimo obitu

PER-ILLUSTRIS ET GENEROSISSIMÆ

ANNÆ GENOVE-

FÆ, Baronissæ de

Hohberg,

ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DN.

OTHONIS HENRICI

LIB. BAR. de FRIESEN,

Domini in Rötha, Geschwitz, Ruben,
&c. &c.

Potentissimi ELECT. SAXONIÆ

in sanctiori Curia SENATORIS, Cancellorum-
que PRÆSIDIS Excellentissimi,

Conjugis desideratissimæ,

Observantiæ atque doloris testandi causa

fusi

ab

ACADEMIA VVITTENBER-

GENSI.

VVITTEMBERGÆ, Literis SCHRÖDTERIANIS, Acad. Typ.

ANNO M DC XCVI



Kapsel 78N 14 [145]

A. K.

